

1558. ij 29. Iulij Ex Ms. Bibl. Ign. Krasii Epi Varuensis


745

Praga Casari Ex:
hibitum Die 20.
Novembris

210

Sacra Maiestas Casarea

Nuper in frequenti Con:
ventu Nobilitatis Mino:
ris Polonia Nobilis Adam
Sus, questus est Milites Sa:
crae Maiestatis Vestrae Ca:
saree, qui sunt in Hungaria
et confinio Polonia, quo lo:
co Ipse Bona habet, vim
sibi et Subditis suis ini:
uri, atq; denunciare, et ea
Causa, quod cum Annapro:
sentio Milites ij, qui erant
sive in presidio, sive in hi:
bernis Oppidi Partsa à Ma:
iestate Vestra Casarea collo:
cati transgressi fines Polo:
niae, a Bonis suis praeda a:
gerent, Subditi sui dolore ac:
Ma:cepta iniurie damnorumq;
irritati duos trave ex Ipsis in:
terruerit. Petivitq; Consilium
et auxilium à toto Conventu
illo. Quam rem Palatinus
Cracoviens ad Maiestatem

Serenif


1558
Serenissimi Regis ac Domini
mei detulit, Maiestas autem
Eius, Maiestati Vestre Cesaree
me id iudicari iussit pro iure bonae
vicinitatis atq; federum, Postulat
autem ut Maiestas Vestra Milites
illos suos adhibeat, perficiatq; quo
supra memoratus Adam Sus una
cum Familiis Subditis et bonis su-
is, imo omnes Illius ore Subditi
Maiestatis Eius a vi et injuriis eo-
rum securi esse possint. Alioqui ve-
rendum est, ne ut est acris et potens
illius ore Nobilitas, maior aliqua
irritatio Animorum inter homines
atq; Subditos Maiestatum Vestra-
rum existat. Quod si quis vel Mi-
litum vel Subditorum Sacerd Ma-
iestatis Vestre Cesaree se illa iniuria
a quoquam eiusdem Serenissimi
Regis Mei Subditorum affectum se
esse, pretendit non deerit Maiesta-
ti Eius officio suo, curabitq; ut Ipsi
pro Injuria satisfiat nec ulla in
Subditis suis Federis labefactan-
di Causa relinquatur.